UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

19 qui Accusari possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

ſunt plurimi,6.q.1.& tota 2.q.7.potiſſimum in can. laicos, cum 3.ſeq.
nec clerici laicos,*ca ſicut ſacerdotem*,2.q 7. niſi ſint ſacerdotes,qui
plebeios deferunt ſuos, *ca.decretum*,2.q.7. Neque clerici maioris
ordinis clericos accuſabunt, *can.qualis, ca.clericus, can. maiorum,*
ead.q. Quod ad honeſtatem referendum eſt. Nam iure ipſo con-
trarium verius eſt, & admittitur monachus & inferior accuſator
ſui prælati, etiam expenſis monaſterii, *c.illa.ca.3.& ca. ex parte, ca.*
11.de accuſ.ca.dilecti, de mai. & obed. c. quapropter, 2.q.7. Temere
tamen non admittuntur accuſatores contra ſuos prælatos clerici,
c.ſunt plurimi,6.q.1.

Qui accuſari poſſint. Cap.19.

1 *Accuſari qui poſſint. Et num Ætas, vel Sexus impunitatem dent criminibus.*
2 *Magiſtratus maiores quandiu accuſari prohibentur.*
Mortui iure communi accuſari non poterāt, quibuſdam grauioribus criminibus exceptis. eod.
Et num.3.
4 *Accuſari non poſſunt quibus diſpenſatum, ſemel abſolutus, & de his accuſatis.*
Nec accuſantur Chriſtiani ab hæreticis vel Iudæis. eod.7.
5 *Abſolutus per colluſionem aduerſarii accuſari rurſum poteſt.*
6 *Feriis Latinis accuſare non licuit.*

1 REgula † in vniuerſum conſtituēda de iis, qui accuſari poſſunt:
poſſe omnes, qui de crimine condemnari poſſunt, accuſari,
iiſdem rationibus quibus diximus ſæpe intereſſe reip. delicta pu-
niri, & ideo nota eſſe, *l.eum qui nocentem, de iniur.P.* Ergo & accu-
ſantur pupilli proximi pubertati: quia capaces furandi & iniuriæ
faciendæ, *l pupillum,112.de reg. iur.* Nec minor ætas impunitatem
dat, *l.impunitas, C.de pœ. l. auxilium, §. in delictis, de minor. l. 1. C.ſi*
aduerſ.del.can.illa,15.q.1.ca.ſi quis cuiuſlibet, 21.q.5.c.1. & 2. de del.
puero. nec ſexus, *d. c.ſi cuiuſlibet.* accuſareque & licebit mulieres,
liberos, & ſeruos, dummodo ſerui ex his criminibus, quibus accu-
ſantur, pœna publici iudicii affici poſſint, *Venule.in l.hos accuſare,*
12.§.omnibus, de accuſa.§.item lex Iulia, de vi priuata, de public.iudi.
2 *ap.Iuſtin.* ¶ Prohibebantur † autem accuſari iure Romanorum,
magiſtratus maiores quandiu gerebant temporalem magiſtra-
tum, vt ſupra docuimus, *ex l.hos accuſare, de accuſ.l.ſi adulterium,§.*
vlt.de adult. Item & mortuis iure communi, *can. admonere, 33 q.*
2.c.quorundam, 33.diſt. quia crimina reorum morte extinguun-
tur, *l.1.2.& fin.ſi reus vel accuſ.mor.fuer.C. Omnibus*, inquit Demo-
ſthenes, *epiſt.34.ad Senatum, agens, de Lycurgi liberis, omnium de-*
3 *lictorum quaſi meta eſt obitus.* ¶ Et † ideo nec filii puniendi pro pa-
rentibus, *rubric.ne fil.pro pat. C.l.ſancimus, C. de pœn.l. crimen pa-*
ternum, eo.tit.in P. Exceptis quibuſdam criminibus, ob quæ & in
mortuos iudicium exercetur, & eorum bona deferuntur in æra-
rium: veluti in crimine læſæ maieſtatis & repetundarum, *in l. ex*
iudiciorum, 20.de accuſ. & aliis pluribus, quæ cumulat glo. *in l. ex*
iudiciorum, in verbo, maieſtatis, *de accuſatio.in P. Et gl.in l.1. in ver.*
Sit extinctum, *ſi reus vel accuſ. mort.fuer. C.* Quibus ſuperfluum
4 eſſet addere. ¶ Non † poteſt etiam accuſari quis de crimine vel fa-
cto, ſuper quo diſpenſatum eſt, *ſic not.Hoſti.in tit. de accuſ.in Sum.*
§.quis ſit effectus, ver.ſed nunquid intelligi debere, c.fraternitatis, de
ſchiſm.c.ex tua, de fil.preſbyt.ca.vlt.25.diſt.tit.de genera.abolit. Neq;
etiam ſemel accuſatus & abſolutus, de eodem crimine accuſari
poteſt, *c.de iiſdem, de accuſ.ca.diuina, clem. de pœn. diſt.4.ca.ſi illic,*
23.q.7. cum de delicto vnius hominis ſæpius quæri non poſſit, *l.*
licet,§.vlt.nau.caup.ſta.& c.P.can.veniam.35.q.6. Niſi forſan quis
ignorās prius de eo crimine inſtitutam fuiſſe accuſationem, ſuam
vel ſuorum proſequatur iniuriam, *l.ſi cui, §.iiſdem, de accuſ.in P.*
vel doceat primum accuſatorem præuaricatum fuiſſe, *l.3.de præ-*
uari.in P.l.ſi quis homicidii, de accuſ.C. Legimus etiam Domitianū,
Suet.in Domit.c.7. Corneliam virginem maximam abſolutam o-
lim, deinde lōgo interuallo repetitam, atq; conuictam defodi im-
peraſſe. Hoc ſingulare tamen, & probatione vrgente: at iure com-
muni & legibus etiam Athenienſium, vt ait Demoſthenes, *in Le-*
ptinem, vnum crimen & vnum iudicium, non debet iudicari niſi
vna æſtimatione & pœna, nec duæ vel plures pro eadem imponi
5 poſſunt. ¶ Hic † tamen conſidero iudicium recte peractum fuiſ-
ſe: nam ſi per colluſionem aduerſarii accuſatoris reus liberatur,
repeti crimen poteſt accuſatione, *c.fin.de collu.deteg. lib.5. Decre.*
tit.22. Imo ſi non repetatur accuſatio, iudicis officium eſt, rei ve-
ritatem, poſtquam in gratiam reus cum accuſatore redierit, inqui-
6 rere, & crimen examinare, *c.1.& 2.eo.* ¶ Neque † etiam licebat ac-
cuſare diebus feriarū Latinarum. Quare Calphurnius Saluianus
cum Sextum Marium coram Druſo præfecto vrbis reum poſtu-
laſſet, in exſilium actus eſt, *Corn.Tacit.lib.4.Annal.* ¶ Non † accu- 7
ſantur, niſi ſuam proſequantur iniuriam, Chriſtiani a Iudæis, aut
hæreticis, vel paganis, *ca.non poteſt, can.paganis, ca.ſi hæreticus, 2.q.*
7.ca.licet, de teſtib.l.quoniam multi iudices, C.de hæret.

De Accuſatorum Delictis, & primum de Calumniatoribus. Cap.20.

Lib.9.C.tit.46. Lib.5.Decret.tit.2.

1 *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur & punitur.*
2 *Calumniari quid.*
3 *Calumniæ pœna & ſubmiſſi accuſatores, & ſubmittentes teneantur: & qui accuſantes ea non teneantur.*
Calumniæ modus, laudare.eod.
4 *Calumniam accuſatoris mens facit, vel excuſat.*
5 *Calumniari etiam videntur, in aliis quam criminibus non probantes, ſed pœna calumniatoris criminali non plectuntur.*
6 *Calumniantibus quare pœna imponitur. Et nu.11.*
7 *Calumniantium extraordinaria pœna.*
8 *Memmia lex de calumniatoribus.*
9 *Calumniatores cito & ſeuere puniendi.*
10 *Calumniæ iudicium in ſententia abſolutionis fit, vel reſeruatur faciendum.*
12 *Pœnæ imponendæ habita ratione rerum, & perſonarum.*
13 *Calumniatorum diuerſarum nationum diuerſa pœnæ. Et nume.14.*
14 *Myrtho coronari turpiſſima pœna. Charundæ leges in calumniatores.*
15 *Delatorum falſo diuerſæ pœnæ diuerſorum.*

ACcuſatorum † temeritas, vt ait Marcellus, *in l.1.ad SC.Turpil.* 1
ca.ſi.§.1.2.q.1. tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubii-
citur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſan-
tur. In exceſſu calumnia, in defectu præuaricatio & tergiuerſatio,
in medio legitima accuſatio. De calumnia primum dicēdum bre-
uiter, cumulantes quæ ſparſim in ſuperioribus monuimus: de aliis
poſtea. ¶ Calumniari, † eſt falſa crimina intendere, *d.l.1. ad Turp.* 2
P. ſcienter, *l.athletas, §.calumniator, de iis qui not. infa. P.* & mali-
tioſe, ſtudio diuexandi & infamandi. Innuit id Cicero, *ad Varron.*
dū ait, *Nam quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiā meam.*
Sic & Nonius calumniam, malitioſam & mendacem infamatio-
nem interpretatur. Vnde & calumniam incurrere dicuntur, qui
vt ſe eximant a periculo calumniæ vel deſertionis, diffidendo cri-
mini quod mouent, inſtigant accuſatorem, aut inſtruunt, aut ſub-
mittunt, *l.1.§.incidit, ad SC.Turpil.P.* aut mandant accuſare. Qui
in fraudem alicuius librum, aut teſtimoniū, falſum ſcilicet, allud-
ve conquiſiuiſſe vel conſcripſiſſe, vel in iudicium protuliſſe dicū-
tur, *Paul.l.ab accuſatione, 6.§.fin.eod.* Nec tamen ſubmiſſus calu-
mniæ pœnam effugiet, *l.noſtris, 8.de calumniat. C.l.1.§.incidit, eod.*
P. ¶ Et † ſecundum Vlpianum, *in orat.Demoſthe.de corona.* enarra- 3
torem Demoſthenis, λέγεται συκοφάντης, οὐχ ὁ ψευδόμενος μόνον, ἀλλὰ
καὶ ὁ πολυπραγμονῶν, τὰ μὴ προσήκοντα, καὶ λέγων πονηρά, id eſt, *Calu-*
mniator dicitur non is tantum qui mentitur ſed & is qui ea curat, quæ
ad ſe non pertinent, & qui improbe loquitur. Et Polybius ait, *lib.4.*
hiſtor.in fine. nouum modum calumniandi inuentum, non vitu-
perando, ſed laudando, famæ ac commodis hominum inſidiari:
quod vitium, inquit, in aulis principum vſque adeo inoleuit, vt ea
loca tanquam proprias ſedes videatur elegiſſe. Proinde excuſan-
tur a calumniæ pœna, qui accuſant falſo, iuſto tamen aliquo dolo-
re, vel cauſſa legitima ad id impulſi, *l.quamuis adulterium, ad leg.*
Iul.de adult.C.vt in l.2.de calum. C. & l.calumniæ pœna, eod. C. non
malitia, vel euidenti calumnia. Item & officii accuſandi neceſſi-
tas, *l.2.C.qui accuſ.non poſſ.l.tutorem de iis quib. vt indig.* damnum-
ve, *l.qui cum maior, §.ſi patris, de bon.liber.* excuſat. ¶ Quare † & iu- 4
dex de accuſatoris conſilio quærit, qua mente ad accuſationem
proceſſit: ſiquidem iuſtum eius errorem repererit, abſoluit eum:
ſi vero in euidenti calumnia deprehenderit, legitimam pœnam
ei irrogat. Quod pronuntiationis eius verbis manifeſtatur. Nam
ſi ita pronuntiauerit: *Non probaſti*, pepercit ei: ſi autem pro-
nuntiauerit, *calumniatus es*, condemnauit eum. Et quamuis ni-
hil de pœna ſubiecerit: tamen legis poteſtas aduerſus eum exer-
cebitur, *hæc Marc. in l.1.§.ſed vtique, ad ſenatuſconſ.Turpil.in*
P.l.3.& l.qui calumniatores, C.de calum. ¶ Accedunt † & ad ca- 5
lumniam alii, qui non probant quod intendunt, *l.1.de aduo. diuer.*
iudi.auth.nouo iure, de pœ in.qui male iud.l.3.§.idē diuus, de teſt.in P.